



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Correctio siue diciplina accipienda est propter tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

corrigitur secreta admonitione, tunc publicè arguendus est, sicut dicit Isydorus. *I syd.* Qui admonitus secretò corrigi de peccato negligit, publicè arguendus est; ut uulnus, quod occultè sanari nescit, manifestè debet emendari. Quinto si fuerit manifesta, manifestè facienda est. Vnde Paulus ad Thimoteum dicebat illum instruens. *I. Ti. 5.* Peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant. & Isydorus. *I syd.* Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. palàm enim arguendi sunt, qui palàm nocent; ut dum aperta obiurgatione sanantur hi, qui eos imitando deliquerunt, corrigantur. Dum unus corripitur, emendantur plurimi.

Correctio siue disciplina accipienda est propter tria.

Primo, quia scriptura docet. *Psal. 2.* Dauid dicit Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus &c. Secundo, quia homini multum prodest. duo nanque bona facit. Primum est, quia est uia ingrediendi ad uitam. Vnde in Prouerbis dicitur. *Pro. 6.* Via uitæ custodienti di-

- Pro. 15.** disciplinam qui autem increpationes relinquit errat. Idem. Auris quæ custodit increpationes uitæ, in medio sapientum commorabitur. Secundum est, quia tribuit sapientiam. unde
Pro. 29. Prou. Virga atque correctio tribuit sapientiam. Tertio, quia abiectio discipline uel correctionis, duo mala facit, scilicet, culpe & pœnæ. De primo legimus in prouerbis. Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam. Et
Iob. 12. Iob. cor eorum longè fecisti à disciplina, propterea non exaltabuntur.
Exo. 4. De secunda dicitur in Deuteronomio proiecit Moyse uirgam, & uersa est in colubrum. Virga enim correctionis in colubrum uertitur, quæ qui hic non corrigitur, in futuro à serpentibus infernalibus punietur.
Pro. 13. Prou. egestas, & ignominia ei, qui deserit disciplinam.

*Conuersio dilata difficilis est,
 & periculosa propter tria.*

Primo, quia quanto aliquis diutius manet in peccato, tantum erit maior pœna peccati. Unde
Hieron. sanctus Hieronymus. Quanto autem maior est numerus temporum, quibus